



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

9. An si filius impubes moriatur sine sepulturæ electione, si Maiores sunt sepulti in diversis locis, iste ubi erit sepeliendus? Et notatur, quod uxor, quæ sepulchrum non elegit, sepelienda est in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

De Casibus occurrent. &c. Resol. VII. &c. 191

RESOL. VII.

An quando dubitatur, si ne infans baptizatus, sepeliendus sit in loco sacro, v. g. vi. si infans fuerit baptizatus in secundina, pede, &c. siue dubium sit in suscipiente, siue in conferente, siue in materia, siue in forma? Ex p. 4. tr. 3. Resol. 69.

§. 1. **V**T. v. g. si infans in pede fuerit baptizatus; & affirmatiue respondendum est cum Homobono in consil. c. suum consuetud. volum. 2. part. 7. respons. 67. vbi firmat hanc sententiam, scilicet baptizatum Baptismo dubio non esse Ecclesiastica sepultura priuandum, siue dubium sit in suscipiente, siue in conferente, siue in materia, siue in forma, & qui si superuixerit, rebaptizandus fuisset. Ita ille, vbi etiam optime addit infantem secundina indutum, ac sic baptizatum, in loco sacro esse sepeliendum; & adducit Bonacinam de contr. disp. 3. q. 21. punct. 2.

RESOL. VIII.

An si filius, & seruus impuberes moriendo non elegerint sepulturam, Pater, vel Dominus possint istam eligere? Idem dicendum est de auo.
Et notatur, quod facultatem non habens eligendi sepulturam, in Maiorum suorum sepultura humari debet. Ex part. 5. tract. 3. Resol. 107.

§. 1. **A**D hunc casum ita respondet Villalobos in summ. tom. 2. tract. 3. diff. 1. num. 2. [No vale la eleccion que el Padre haze de la sepultura à su hijo impubere, sino es, hauiendo costumbre en contrario à la tierra (laqual creo ay en todas partes) como expresamente lo dize vn texto, por el qual lo tienen Siluestro, y Nauarro contra Hostiense, y otros que tuuieron lo contrario, fundados en que el Padre puede hazer testamento por su hijo impubere, y substituyrle, aunque sea en los bienes de su Madre, y està obligado à hazer el gasto de los funeralles. lo qual no obsta por hauer texto expreso en contrario, y los Doctores que tuuieron la otra opinion, escriuieron antes que Bonifacio VIII. que fue autor de aquel testo, el qual ordenò assi, porque las otras cosas que puede hazer el padre por el hijo impubere son temporales, y esto es cosa espiritual, y lo mismo que dezimos del padre, se ha de dezir del abuelo en este caso: y lo mismo es del Señor, respecto de su esclauo impubere, como dizen los Doctores citados.] Ita Villalobos, cui adde Bonacinam de contr. disp. 3. q. 21. punct. 3. num. 8. Belletum in disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debitore §. 3. nu. 17. Genuensem in praxi cap. 61. num. 4. licet obseruet hanc consuetudinem non adesse in ciuitate Neapolitana, vnde standum est consuetudinibus locorum. Verum post hæc scripta inueni sacram Congregationem Episcoporum in vita Faglinen. 27. Octobr. 1587. decreuisse sepulturam pro filio minori posse patrem in vita, non autem post mortem eligere. Nota etiam dictam sacram Congregationem decreuisse, quòd facultatem non habens eligendi sibi sepulturam, in maiorum suorum sepultura humari debet, vt obseruat Barbosa de officio Parochi, cap. 26. nu. 28. vbi sic ait. Cum filia Antonij Scarpellini in minori etate ex hac vita migrasset, Præpositus S. Martini sub noni Ritualis prætextu in eius Ecclesia illam sepeliri prætendebat, non obstante, quòd illius maiorum sepultura in Ecclesia Fratrum Minorum Conuentualium S. Francisci existeret. Quapropter sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum in vna Æsculana 21. Octo-

bris 1616. dicta filia cadauer dictorum Fratrum Ecclesie restituendum censuit, cum qui sepulturam sibi eligendi facultatem non habet, in maiorum suorum sepultura humari debeat.

RESOL. IX.

An si filius impubes moriatur sine sepultura electione, si Maiores sunt sepulti in diuersis locis, iste vbi erit sepeliendus?

Et notatur, quod vxor, que sepulchrum non elegit, sepelienda est in sepulchro viri. At si datur casus, vt mulier duos, vel plures viros habuerit, sepelienda sit in sepulchro vltimi viri.

Et queritur, an frater fratris, Pater filio puberi, mater filiis, vel tutor pupillis, aut auus nepoti, vel amicus post sint sepulturam eligere? Ex part. 5. tr. 3. Resol. 108.

§. 1. **T**Ractat hanc casum optime, vt semper solet, Villalobos in summa tom. 2. tract. 3. diff. 2. n. 4. vbi sic ait. [Duda es, si estuiesse el padre enterrado en vna Iglesia, y en otra el abuelo, y en otra el bisabuelo, o estuiesse en vnos en vna, y otros en otra que se haia de hazer en este caso? A lo qual respondo, que si el padre, y el abuelo estuiesse en enterrados en vna Iglesia, alli se deve enterrar, aunque los demas mayores estuiesse en otra, como tienen Oldrado, y Siluestro, porque el derecho de la sepultura para los defuntos es como el domicilio entre los viuos, y configue cada vno el domicilio, o naturaleza del padre o abuelo, y no de los de mas antepassados, como dizen los Doctores; Tambien porque el adunarse las sepulturas nace del mucho amor, y este le ay mayor con los padres y abuelos, que con los demas ascendientes. Mas si el padre està enterrado en vna Iglesia, y los demas antepassados en otra, deve enterrarse en la de sus antepassados, y no en la de su padre, como tiene vna glosa, que sigue Abad, y Siluestro, y lo coligen de algunos textos, y si en vna sepultura està el padre, y en otra el abuelo, y en otra el bisabuelo, de fuerte que en ninguna ay mas que vno de los mayores, en tal caso de derecho se auria de enterrar en la Paroquia, porque no tiene sepulcro de sus antepassados, mas de costumbre se ha de enterrar con el padre, de la qual testifica Iuan Andrez, y passa con ella Gregorio Lopez, y refiere Abad, que dize que tambien es derecho.] Hæc Villalobos, cui addendum est Barbosa de officio Parochi, c. 26. num. 31. & Iulius Laurorius in elucidat. tit. 2. c. 11. n. 113. & 114. Ex his apparet non esse admittendam opinionem Lapi alleg. 59. vbi docet, quòd filius pubes moriatur sine electione sepulturæ, esse sepeliendum in Ecclesia Parochiali, non autem in sepultura maiorum.

2. Norandum est etiam sic obiter vxorem esse sepeliendam in sepulchro viri, si sepulchrum non elegerit, at si datur casus vt mulier duos, vel plures habuerit viros, sepelienda est in sepulchro vltimi viri, c. is qui §. mulier. de sepulturis, in 6. Ex quo sequitur vxorem, que in aliena Parochia mortua est, & sepulturam non elegit, transferendam esse ad tumulum sui viri. Ita Molfesius in sum. tom. 2. tr. 1. c. 8. n. 22. & alij penes ipsum, quibus adde Belletum in disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 3. nu. 15. & 16. vbi etiam num. 18. docet quòd frater fratris eligere sepulturam nequit, pater filio puberi, nec mater filiis, nec tutor pupillo, nec auus nepoti, c. licet, vbi Farinac. de sepulchris in 6. Vbaldo de Canon. Paroch. c. 11. num. 2. Medices de sepulchris, qu. 8. Io. Afinius in familiaria sepulchra, ff. de relig. & sumpt. funer. Bursatus de conl. 226. q. 118. vol. 3. neque amicus amico sepulturam eligere potest. Riccius in praxi resolut. part. 1. resolut. 567. num. 1. nisi aliud existere

existeret de consuetudine, Gratian, *lib. 1. discept. forens. c. 94.* post Franc. in *d. licet. n. 3.*

RESOL. X.

An Canonicus, si non elegit sepulturam sit sepeliendus in Parochia, vel in Ecclesia Cathedrali? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 111.

§. 1. **A**D partes hanc quæstionem pertractat Iul. Laurinus in *elucubr. tit. 2. c. 11. a. n. 62.* usque ad *n. 85.* Bonacina vero *de contr. disp. 3. qu. 21. punct. 3. n. 6.* §. 10. vult Canonicum Ecclesiæ Cathedralis sepeliendum esse in Cathedrali, quia hæc est ipsius Parochia, & circa præsentem quæstionem in casu occurrenti, vide Lapum *alleg. 63. nu. 4.* Ancharanum *conf. 3. 69.* Tuschum *tom. 6. lit. I. concl. 99. n. 5.* Archid. in *c. statum. §. cum vero, de rescript. in 6.* & alios penes ipsos.

RESOL. XI.

An peregrini morientes sine electione sepultura sint in Parochia, vel Ecclesia Cathedrali sepeliendi? Et quid de vagabundis, & illis, qui in villam ruralem se transfulerunt, recreationis causa, ibique moriuntur? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 113.

§. 1. **S**I commodè possent transportari ad sepulchra maiorum suorum, id fieri debet, alias sepeliuntur in Parochia, in qua moriuntur, vt docet Syluester in *sepultura. qu. 8.* quem probat Iodoc. in *eodem ver. n. 5. §. 2.* quamuis Zabarella *conf. 90. num. 1* quem probat Tuschus in *ver. sepeliri, concl. 189. n. 5.* affirmet in Ecclesia Cathedrali sepeliendos esse, quia tanto minori spatio non possunt dici facti Parochiani, & idem probat de vagabundis; sed si Parochia administravit illis Sacramenta, ad ipsam spectat ius sepeliendi, nam sepultura magis accedit ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum. Et ita docet Molfesius in *summa tom. 2. tr. 1. c. 8. n. 30.* vide etiam Gratianum *c. 298. n. 15.* & sequent. Seraphinum *dec. 1037.* & Bellettum in *disq. Clericor. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 3. n. 21.*

2. Notandum est tamen hinc obiter quoddam qui in villam ruralem se transfulerit recreationis causa, ibique mortuus est, non electa alibi sepultura, hic sepeliendus est in Parochia ciuitatis, si ad eam commodè transferri potest. Ita Panorm. in *cap. in nostra. num. 10. de sepult.* Ita alij.

RESOL. XII.

An si quis testatur infirmum dixisse se velle in tali Ecclesia sepeliri, sit in illa sepeliendus? Et an in ditto casu sufficiat dictum Confessarij tantum, vel codicilli inualidi? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 106.

§. 1. **R**espondeo negatiuè, nam ad probandam electionem sepulturæ requiruntur saltem duo, vel tres testes, cum sit species vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Ecclesiæ parochialis, sicut

In indice primo huius Tom. 8. Vide Apendicem ad hunc Tract. 8. Vbi reperies alias multas quæst. missas, & dist. per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 8. de Casibus occurr. Tempore mortu.

quælibet dispositio ad causas pias requirit numerum duorum, vel trium testium, cum esset de testam. & ita docet Genensis in *praxi c. 61. n. 10.* & Iulius Laurinus in *var. elucubr. tit. 2. c. 11. n. 18.* vbi addit, probati sepulturam etiam codicillo inualido, vel per scripturam manu propria subscriptam, & etiam per testes singulares, vt si deponat audiuisse electam sepulturam à Francisco in tali loco, sed diuersis temporibus. Imò in tali casu sufficere dictum Confessarij tantum tradit Molfesius in *sum. tom. 4. tr. 13. c. 8. n. 32.* & ita practici in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testantur Laurinus vbi supra *n. 20. in fine.*

RESOL. XIII.

An si moribundus committat uxori, filio, vel alteri electionem sua sepultura, talis electio fieri debeat, et veniente? Ex p. 5. tract. 3. Ref. 105.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Gemianus in *c. is qui, §. mulier, n. 6. de sepult.* Lopus in *1. de sepul. in 6.* quia talis commissio exprimit mortem mandantis, & licet electio committi possit, & ipse committens decesserit commissione iam facta, non tamen decesserit facta electione, & ideo acquiritur ius Ecclesiæ, in qua debet sepeliri non electa sepultura; aliud enim est eligere sepulturam, aliud electionem committere, & ita Neapoli seruatur, vt docet Genensis in *Praxi Archiep. cap. 61. n. 1.*

2. Verùm Gutierrez *de sacram. Confirm. part. 2. c. 4.* Menochius *conf. 60. n. 6.* Anchar. *conf. 214.* & alij, docent tenere huiusmodi electionem etiam post mortem committentis, vide illos; sed ad tollendas lites, supra dicta electio efficiatur ante mortem committentis.

RESOL. XIV.

An si bona hereditaria non sufficiant ad solvenda debita, possint adhuc deduci expensæ necessaria ad summa debitoris iam mortui? Et an expensæ superfluas ad honorem, & pompam mundanam hæres facere possit? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 116.

§. 1. **R**espondeo deduci posse moderatas expensæ necessarias ad summa debitoris iuxta qualitatem ipsius, antequam fiat solutio creditoribus, etiam si creditores habeant hypothecam in bona debitoris sepeliendi, seu defuncti. Ratio est, tum quia impense funeris præcedunt omne debitum, penult. ff. de religiosis & sumptib. funerum, & lat. si quis. §. 1. tit. eodem, tum quia grauis necessitas excusat à restitutione, tum quia creditores censentur hoc rationabiliter permittere pro re tam necessaria, præsertim cum illa bona censentur adhuc esse ipsius debitoris, & ita in hoc casu hæres præferatur ceteris creditoribus. Vide Molfesium in *summa tom. 2. tr. 13. c. 8. n. 41.* Petrum Nauarra *de rest. lib. 4. c. fin. n. 27.* qui addit expensæ superfluas ad honorem & pompam mundanam tuta conscientia hæredem facere non posse, quæ quidem verba, vt apparet, non negant quoddam hæres non possit facere expensæ moderatas, vt dixi, iuxta qualitatem mortui in numero Clericorum, & Religiosum in quantitate luminum, vel cultræ, &c.